



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 86. Censura Propositionum de Jurisdictione Ecclesiastica

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. submisit, quæ factis velis ad alias qua-
A.C. 1470. draginta sex, quibus Petrus Mocenigo
 imperabat, procurrebant. Idem Bellidux
 novis hisce suppetiis auctus, totum ex-
 currit Archipelagum, ingentique strage
 quæcunque obvia devastat, abs dubio
 Turcarum molimina plurimum præpe-
 diturus, nisi ulteriorem Victoriae cursum
 inopinata Pauli II. mors, quæ anno pro-
 ximo contigit, inhibuisset.

§. LXXXVI.

*Censura Propositionum de Jurisdi-
ctione ecclesiastica.*

Dupin.
 Biblio. script tom.
 12. p. 134.

Exeunte Mense Augusto præsentis An-
 ni Parisiensis Facultas theologica
 quamdam prescribebat propositionem de
 jurisdictione Ecclesiastica, hujus tenoris:
*Apostoli suam potestatem non immediate a
 Christo Domino, sed a Divo Petro acce-
 perunt.* Hæc propositio Auctorem ha-
 buit Joannem Molitorem Ordinis FF. Præ-
 dicatorum, qui tamen idonea excusatio-
 ne culpam diluit, ac se se facultatis judi-
 cio subjicit, declaravitque, sibi haud per-
 spectum fuisse, quod hæc propositio jam
 olim anno Christi millesimo quadringen-
 tesimo vigesimo nono ab eadem Facul-
 tate fuisse prescripta. Præterea qui-
 dam Theologiae Doctor Fratrum Min-
 rum Alumnus nomine Donatus Dupuy
 seu

seu de Puteo, qui a Pontifice extra Re-Sæcul. XV.
ligionem manendi veniam obtainuerat, A.C. 1470.
in Longobardorum collegio agebat, illius-
que Rector erat. Hic in eodem con-
fessa Facultatis Doctores adiit, ac publi-
ce docendi munere decorari petiit, eo-
quod non nisi solo nomine Religiosus es-
set, ac haud levia in erigendo hocce Col-
legio obsequia præstitisset. Facultas di-
laudato Viri studio, precibus ejus an-
nuere detrectabat, ne lege definitus Pro-
fessorum numerus, qui ex Mendicantium
Ordinibus assumi possent, excederetur.

§. LXXXVII.

*Propositiones de futuris contingen-
tibus.*

Cum alias quidam nomine Petrus de Argentr.

Rivo Lovanii doceret, quod Proposi- Collecti judic.
tiones, quæ de futuro enuntiantur, ve- de novis er-
luti: *Christus veniet: futura erit resurre-* ror. fol. I.
gio mortuorum, non habeant determina- pag. 258.

tam veritatem, atque illi, qui ejusmodi
propositiones tanquam veras tenerent,
eorum erroribus implicitur, qui cuncta
ex necessitate fieri asserunt; hinc adver-
sus hanc doctrinam unaomnes Doctores
insurgebant. Cum vero Petrus suam do-
ctrinam hoc argumento fulcire nitere-
tur: quicquid per necessariam conse-
cutionem sequitur ex inimpedibili, hoc est in-

Z 3 impe-